Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



gissꝫ tantum dierum sine ullo
mensis nomine patiebantur absumi.
quantum ad id anni tempus ad
ducerꝫ. quod caeli habitus instan
ti mensi aptus inuenirꝫur;
Sed secutus numa l dies addidit
ut in ccc tos l & iiii dies quibus
xii lunae cursus confici credidit
annus extenderꝫur; Atque his
l. ase additis adiecit alios sex. se
tractos illis sex mensibus qui xxx
habebant dies idest de singulis sin
gulos. factosq; l & vi dies in duos
nouos menses pari ratione diuisit.
ac de duobus priorem Ianuarium
nuncupauit. Primumq; anni esse
uoluit tamquam bicipitis dei
mensem respicientem ac prospicien
tem transacti anni finem. futuriq;
principia. Quidam autumant
Ianuarium nuncupatum. ex eo
qđ limes & ianua sit anni. Secun
dum Numa dicauit februo idest
plutoni qui lustrationum potens
credebatur. Lustrariq; eo mense
ciuitatem necesse erat quo statuit
ut iusta diis manibus soluerentur;
Sed hanc lustrandi consuꝫudinē
benemutauit xp̄iana relegio. cum
in mense eodem die scāe mariae

plebs uniuersa cum sacerdotibus
ac ministris ỷmnis modulate uo
tis per ecclesias perque congrua
urbis loca procedit. datasq; a pon
tifice cuncti cereas in manibus
gestant ardentes; & augescente
bona consuꝫudine idipsum in cꝫle
ris quoque eiusdem beatae matris
& perpꝫuae uirginis festiuitatib;
agere didicit. Non utiq; in lustra
tionem terrestris imperii quin
quennem. sed in per ennem memo
riam regni caelestis. quando
iuxta parabulam uirginum pru
dentium om̄s electi lucescentibus
bonorum actuum lampadibus
obuiam sponso. ac regi suo uenien
tes mox cum eo nuptias supernae
ciuitatis intrabunt; Paulo post
numa in honorem in paris numeri.
unum adiecit diem quem Ianuario
dedit. ut tam in anno quam in men
sibus singulis p̄ter unum februa
rium in par numerus seruarꝫur.
quasi inferis deminutio & par
numerus conuenirꝫ;
Cum ergo romani ex hac distributi
one pampilii ad lunae cursum
sicut greci annum proprium com
putarent. necessario & int̄ kalarē